

1796.

1413 d. 9 Okt.

Strengnäs.

Nicolaus Birgeri, dekan i Strengnäs, testamenterar sin gård Kolke i Frustuna socken till Helga Korsets och d. hel. Birgittas altare i Strengnäs domkyrka, dit förut hans syster Margareta Birgersdotter och hennes man Benkt Magnusson Svarte skänkt gårdar i Alby och Björsta i Vårdinge socken, i Rinkesta i Årla socken, i Tjusta i Håtuna socken, i Stickberga och Gesta i Toresunds socken, i Åsby i Vansö socken och i Rällinge i Helgarö socken.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

In nomine Domini amen. Nouerint vniuersi presentes literas inspecturi, quod ego Nicholaus Birgeri, decanus ecclesie Strengenensis, diligenter considerans et ante oculos mentis ponens nichil esse tucius nichilque animarum saluti securius quam quod homo in hac vita horam mortis incertissimam bonorum operum fructu studeat preuenire; idcirco bonum meum seu predium dictum Coleke, in parrochia Frøstwna, constans ex quinque oris cum duobus solidis terre, cum omnibus suis adiacenciis ad me pleno iure deuolutum, ex dilecte sororis mee Margarete Birghirsdotter et Benedicti Magnusson, dicti Swarta, mariti sui, ac aliorum consanguineorum, propinquorum et heredum meorum beneplacito et deliberato consensu, ad altare Sancte Crucis et beate Birgitte in predicta Strengenensi ecclesia, sanus corpore et rationis compos, in meo lego et confero testamento; predicti itaque consanguinei, amici et heredes eadem consideratione et pietatis studio diuinitus inducti, nonnulla et infrascripta sua bona, videlicet dimidiam marcham terre in Alby, parrochie Vardhunge, item in Biørnastom, eiusdem parrochie, decem solidos terre, item in Rinkastom, parrochie Årla, dimidiam marcham terre, item in Thiwstom, parrochie Hatwna, tres oras terre, item in Stykkebergh, parrochie Thorsn, tres oras terre, item in Getzstom, eiusdem parrochie, quatuor solidos terre, item in Asby, parrochie Vanssø, quatuor solidos terre cum dimidio, item in Rällinge, parrochie Hælgharna, duas oras terre, item quinque fundos in ciuitate Strengenensi, cum omnibus et singulis dictorum bonorum pertinentiis, pro fundacione cuiusdam noue prebende apud predictum altare Sancte Crucis et beate Byrgitte sponte donauerunt et libere contulerunt ac in possessionem perpetuam assignauerunt, prout in literis super hoc specialiter confectis laciis continetur, committentes michi expresse et super hoc conscienciam meam onerantes, vt in honorem Dei, Sancte Crucis et beate Birgitte necnon ad consolacionem ipsorum conferencium ac progenitorum et heredum eorundem viuorum et defunctorum memoriale aliquod perpetuum confirmari et institui procurarem. Quapropter ego Nicholaus Birgeri prenominatus omnia et singula predicta bona cum suis adiacenciis vniuersis ad altare prefatum, sicut premittitur, legata, ad manus venerabilis in Christo patris et domini mei, domini Andree, episcopi Strengenensis, et sui capituli trado, offero et assigno, supplicans humiliter et instanter quatenus de predictis bonis cum eorum augmento, si quid Deo dante fieri contingat ad gloriam et honorem omnipotentis Dei, Sancte Crucis et beate Byrgitte, prebendam de nouo creare et instituere dignetur et eandem auctoritate ordinaria confirmare, imponendo discreto viro domino Iohanni Benedicti, presbitero Strengenensis dyocesis, quem ad obtinendum eandem prebendam hac vice dumtaxat presento, et

suis successoribus aliquod certum et pium ortus in missis, vigiliis ac aliis operibus apud altare prefatum in ecclesia Strengenensi fiendis pro mea et animabus omnium predictorum, auctoritate conferendi sepedictam prebendam, quociens eam deinceps vacare contigerit, absque presentacione cuiuscumque apud dominum episcopum Strengenensem et suum capitulum pro tempore existentes perpetuo remansura. In quarum donacionis, legacionis, oblacionis et presentacionis evidens testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Strengnes, anno Domini m^ocd^oterciodecimo, ipsa die beatorum martirum Dyonisii sociorumque eius.

På frånsidan: Litera fundacionis prebende Sancte Crvcis et Birgitte.

Sigillet: Se N. 39,1 och 757,2.

Brevet sammanhänger med det bref af d. 17 Dec. 1435, hvarmed biskop Thomas i Strengnäs stadfäster denna donation och förordnar om messor m. m. i anledning af densamma.

1797.

1413 d. 9 Okt.

Strengnäs.

Biskop Andreas i Strengnäs utnämner Johannes Benedicti till prest vid den af dekanen Nicolaus Birgeri vid Strengnäs domkyrka stiftade Helga Korsets och d. hel. Birgittas prebenda.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Nos Andreas, miseracione diuina episcopus Strengenensis, te dilectum filium dominum Johannem Benedicti, nostre dyocesis clericum, sinceriter in Domino salutamus. Exigunt tue probitatis merita, super quibus tibi laudabile testimonium perhibetur, vt personam tuam prosequamur speciali gracia et fauore; eapropter prebendam Sancte Crucis et sancte Birgitte in ecclesia nostra Strengenensi, per reuerendum virum dominum Nicholaum Birgeri, decanum eiusdem nostre ecclesie, de nouo fundatam, tibi ad presentacionem ipsius domini Nicholai viue vocis oraculo nobis factam, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis canonicè conferimus, teque per annulum nostrum inuestimus presencialiter de eadem, precipientes colonis et inquilinis et quibuslibet aliis eiusdem prebende bona seu jura quecumque tenentibus firmiter et districte, quatenus tibi de dicte prebende fructibus, redditibus, iuribus et obuencionibus vniuersis respondeant fideliter et deuote. In cuius evidenciam secretum nostrum presentibus est appensum. Datum Strengnes, anno Domini millesimo quadringentesimo tredecimo, ipso die Dyonisii sociorumque eius martirum beatorum.

På frånsidan: Collacio domini Johannis Benedicti.

Sigillet: Biskopens med omskr.: SE^m ANDREE EPI ECCE STREG^{is}.

1798.

1413 d. 9 Okt.

Björnö.

Riddaren Erik Ummereyse och Birger Trolle upplåta åt Nisse Djeken all sin rätt till gården Muggebo, som jarlen pantförskrifvit till Holmger Akesson.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Alla them thetta breff høra ella see helsom wii Erik Wmmereysa, ryddare, oc Birghe Trwlle æuerdheleka meth warom Herra. Kwngørum wii allom mannom,